



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Gregorius M. Doct. Eccl. 11. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. GREGORIUS M. DOCT. ECCL.

12. Martij.

Utro mendicabilis januæ paterent, si latitantem in iis CHRISTUM, vel Angelum cerneremus. Tales hospites GREGORIUS habuit, & ob eam pietatem summum Pontificatum tulit. Ad hunc euectus inter primas curas habuit medicinam gregi suo quarere, quem pestilentia totâ passim Italiâ, sed Romæ potissimum lacerabat. Placuit, morte tam atrociter grassante, ad *Matrem Viventium* confugere. Hujus proinde effigiem cum totâ urbe supplicabundus circumtulisset, Angelum vidit, qui iratum jam diu capitibus enses vaginæ redderet; & aërem noxium purgari vel inde animadvertit, quod in eo cælestes voces, gratantes *Cæli Regina* de morte victoriam, audiit. Ita servatis domi civibus, foris etiam Christianum Imperium amplificavit, adjecto Anglorum regno. Libros deinde lucubrare est aggressus, qui etiam hodie Doctorem suum *Spiritum S.* probant, quem quidam specie columbæ obvolitantem capiti ejus non unus vidit. Sed & ad preces illius Angelorum panis in carnem abiit, & hæsitanti feminae fidem mysteriorum fecit. Tale columen Christiani orbis subruere tamen Mauritius Imp.

L 3

cogi-

166 VITÆ SANCTORUM. 12. Mart.
cogitavit. Sed mox impiæ mortis confi-
lium morte ipse non unâ luit, toties mor-
tuus priusquam moteretur, quot sub se-
cure filios vidit mori. Ipse idem fatum
cum conjugè contra omnium parentum
voca ultimus subiit. GREGORIUM verò
mortuum ferunt anno DC. IV. sed rectius
vivere illum etiamnum, & immortalem
vivere in suis libris dicemus. Ex
Suario.

*Totis medullis cordium, totis precordio-
rum affectibus, & votis omnibus MARIAM
veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui te-
tum nos habere voluit per MARIAM.*
S. Bern. serm. de Natib. B. M. V.

S. ISIDORUS CONF. 12. Martij.

ISIDORUM rusticum virtus nobilitavit.
Invidete vos, quibus honorum titulos
vel cunæ alienæ donarunt, vel nummi
turpiter mercari sunt. Quòd si ridere se-
rico cachinno terræ filios lubet, cur non
eodem risu excipitis Angelos, quos ISI-
DORI vicem, dum hic precatur, sulcare
non jam aërem pennis, sed aratro ter-
ram, custodire non jam homines, sed ho-
minis mulos, & baculo in lupos pugna-
re conspicitis? Nimirum, quorum
conspectum vos horrorem, præsentiam
nauseam ducitis, cum his nobiles cali-
cives esse delicias suas putant; vos
hircum interim his oletis; vobis
cùm